



## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Septima Conclusio. In hoc crimine maleficij nemo aut ratione dignitatis,  
aut prætextu priuilegij excipitur à tormentis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

690 COMMENT. IN TIT. C.  
ipse sceleris & iniustitiae particeps fiat.

Septima Conclusio. *In hoc criminis maleficij nemo aut ratione dignitatis, aut pretextu priuilegij excipitur a tormentis.*

**H**AEC Conclusio clara est ex L. presenti, & communis sententia. Dictum, ratione dignitatis & priuilegij: quia ob corporis infirmitatem, & partus periculū, nec in hoc criminis nec in alijs exceptis quispiam torquendus est, ut post alios Gomez. in d. cap. 13. num. 3. ostendit. Mulier autem prægnans, propter periculum partus nec terreri debet, ut recte obseruauit Franciscus Pegna in 3. part. directorij, comment. 39. in lit. D. Quoniam etiam ex terrore & comminatione possit sequi aborsus. Expendendum ergo est cum prægnante donec perpererit, & integrum valetudinem post partum recuperauerit.

Octaua Conclusio. *Quando ex sententia & decreto Iudicis reus torquendus est, & tortura veritas eruenda, id faciendum in praesentia iudicis, & ad minus duorum scabinorum, nec non scribae iudicij, aut notarij.*

**H**ANC Conclusionem satis comprobat Constitutio Carolina in art. 47. & usus omnium